⁊ deuotus. Nā ſicut dicit Damaſcenus papa ipſe fabianus p oēs regiones ſeptē diaconos miſit ⁊ eiſdez tot ſubdiaconos aſſignauit vt geſta martyꝝ colligerent. ⁊ ſibi romā deportarent qd factum eſt. Iſtū ergo ſic rectum coꝛ detrucidauerūt ⁊ decapitauerūt. ⁊ licet carnē trucidarent. aīam tamen ledere nō poterant. Math. x. Nolite timere eos occidunt corpus. animaz enim occidere non poſſunt. Ratio quare animas ſctōꝝ mali occidere nō poſſunt ē qꝛ ipſoꝝ anime in manu dī ſunt. Sap. iij. Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſunt. Sunt etiaz in ſinu dei. Iſa. xl. Manu ſubleuabit agnos ⁊ in ſinu ſuo portabit. Sunt etiaz in corde dei. ad Phil. j. Teſtis eſt mihi de⁹ quō vos cupiā omnes in viſceribꝫ ihe ſu chriſti. Quia igitur ſunt in manu dei non poſſunt ab aliquo auferri. Iohā. x. Non rapiet eos quiſꝗ̄ de manu mea. qꝛ ſunt ī ſinu dei nō poſſunt amitti. Auguſ. Quid times hominē homo in ſinu dei poſitus. Tu de ſinu illius noli cadere ⁊ quicquid patieris ad ſalutem valebit nō ad pniciē. Quia ſunt in corde dī non pn̄t obliuioni tradi. Pſal. Si oblitus fuero tui ihrlm.

¶ De ſancto Sebaſtiano martyre Sermo. ij.

Tetendit arcum ſuū ⁊ poſuit me quaſi ſignū ad ſagittā. Tren. ij. Iſtud verbū ꝯuenienter de ſctō ſebaſtiano exponi poteſt qui fuit ad ſignū poſitus ⁊ ab infidelibꝫ ſagittatus. ¶ Fuit enī poſitus ad multiplex ſignū. Primo ī ſignū prudētie ex eo ꝙ ſe ſub militari habitu occultabat. vt chriſtianos martyres ꝯfortaret. bonū quidez fuerat ſi ſtatim ſe chriſtianum ꝯfitens coronā martyrij recepiſſet. ſed melius erat ꝙ ꝓ tali vtilitate ad tēpus ſub militari habitu occultaret. poſtmodū autem libere ſe chriſtianū confeſſus fuit. Et ſic primo habuit fidē tanꝗ̄ loricam. j. Theſſa. v. Induti lorica fidei.

poſtmodū hūit eaz tanꝗ̄ ſcutū Ephe. vi. In omnibꝫ ſumentes ſcutū fidei. Apłus etiā de hoc loquēs dicit. ij. Coꝛ. xi. Per feneſtrā ī ſporta dimiſſus ſum ⁊c. Bonū erat ſi apoſtolus nō fugiendo martyrium fuiſſet ꝑpeſſus. ſed melius fuit ꝙ ꝓ vtilitate ꝓximoꝝ ad tempus fuit reſeruatus.

¶ Scdo fuit poſitus in ſignū ꝯſtantie. cui⁹ ꝯſtantia etiā apparuit in corroborādo qn̄ dixit O fortiſſimi milites xp̄i ⁊c. Iob. iiij. Vacillantes cōfirmauerūt ſermones tui. In arguendo qꝛ impatores cōſtanter redarguit ⁊ tunc maxime poſtꝗ̄ ab eis flagellatus fuit. tales enim ꝯſtantes erant apoſtoli. de quibꝫ dicit̄ Act. v. Ceſis denūciauerūt apoſtolis ne amplius loquerent̄ ⁊c. In ſufferēdo qꝛ multa martyria ꝑtulit ſed vinci non potuit Ro. viij. Certus ſum enim qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita ⁊c.

¶ Tercio fuit poſitus in ſignū doctrine. docuit enim tres vtiles lectōnes Prima fuit circa ꝯtemptū temporaliū quādo dixit. Vita hec in ſe credentes fefellit ſed expectantes irriſit ⁊c. Iaco. iiij. Que eſt enim vita noſtra vapoꝛ ad modicū parēs. Secunda fuit circa appetitū celeſtiū. vn̄ dixit Non ſepabunt̄ a vobis ſed vadūt parare vobis ſidereas māſiones Hebre. iij. Nō enim habemus hic ciuitatem manentem ſed futuraz inquirimus Tercia fuit circa tolerantiā aduerſoꝝ Vnd aït. In amorē martyrij noſtros ſuſtinemus affectus Et Math. x. Nolite timere eos qui occidūt corpus ¶ Quarto erat poſitus in ſignū patientie quia patienter ſupplicia tolerauit Magna patientia qꝛ martyres nō in ſupplicijs ceſſerunt ſed potius eis documenta ceſſerunt Cyprian⁹ Torti torquētibus fortiores ſteterunt ac laniantes vngulas. laniata membra vicerunt. Maioꝛ ꝙ non maledixerunt Luc. vi. Benedicite maledicentibus vobis Maxima ꝙ aduerſus deum non murmurauerūt Vn̄ dr̄ Non murmur reſonat non querimonia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Permaxima ꝙ in tot ſupplicijs cor paci ficum habuerunt. vnde ſubdit. Sed cor de tacito mens bene ꝯſcia ſeruat patientiã Supmaxima ꝙ ꝓ perſequentibꝫ orauerunt. Lu. vj. Orate ꝓ perſequentibꝫ ⁊ ca lumniantibꝫ vos. ¶ Quinto fuit in ſignũ poſitus opationis bone. Habuit enĩ ope ratõem bonam. i. vtilẽ. delectabilẽ ⁊ hone ſtam. Utilem q̃ꝫtum ad alioꝝ ꝯuerſionẽ. qꝛ multos ꝯuertit ⁊ ſaluos fecit. j. Coꝛ. x. Non querens qḋ mihi vtile eſt. ſed qḋ multis vt ſalui fiant. Honeſtã q̃ꝫtum ad pacificã ꝯuerſatõem. vnde dꝛ. Erat ei vir totius prudentie. in ſermone verax. in ope fidelis. in bonitate ꝯſpicuus. In vniuer ſa moꝝ honeſtate preclarus ⁊c̃. j. Theſſa. iiij. Honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. Delectabilẽ aũt quantũ ad celeſtiũ ꝯtemplatõem. Eccẽs. xj. Dulce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolẽ. i. xp̄um per ꝯtemplatõem ¶ Sexto poſitus fuit in ſignũ pene eterne reprobis inferende. Si enĩ deus tantũ punit illos qui hñt vitam ſanctã. q̃ꝫtum punit ⁊ illos qui hñt vitaꝫ iniquã. Prou. xj. Si iuſtus in terra reci pit mala q̃ꝫto magis impius ⁊ pctõꝛ. Si tñ punit illos in quibꝫ benedicit. q̃ꝫtum puniet ⁊ illos in quibꝫ blaſphemat. Iher. xxv. Ecce ego in ciuitate in qua inuocatũ eſt nomen meũ incipio te affligere. ⁊ vos q̃ſi innocentes eritis nõ eritis immunes Si tñ punit illos qui ſunt virides in con ſcĩa ⁊ in vita. q̃ꝫtum puniet illos qui hñt ꝯſcĩam aridam ⁊ vitam corruptã. Lu. xx iij. Si in viridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet ⁊c̃.

¶ De eodem. Sermõ. iij.

Ecce docuiſti plurimos ⁊ manus laſſas roboraſti. vacillantes ꝯfir mauerũt ſermones tui. ⁊ genua debilia ꝯfortaſti. Job. iiij. In verbis iſtis tria tangunt. Nam ſcũs ſebaſtianus fuit doctoꝛ ignorantiũ. ideo dꝛ. Ecce docuiſti plurimos. Fuit roboratoꝛ debiliũ. iõ ſub dit. manus laſſas roboraſti. vacillantes ꝯfirmauerũt ſermones tui. Fuit ꝯſolatoꝛ afflictoꝝ. ideo ſubdit. ⁊ genua debilia cõ fortaſti. ¶ Circa primũ notandũ ꝙ quidã ignorabant veritatẽ dei ſicut ydolatre. iõ ſanctus ſebaſtianus docuit fidei veritatẽ. Unde vna die plus q̃ꝫ. ccc. ydola ꝯfregit. ⁊ prefectũ vrbis ⁊. M. cccc. viros de eius familia baptiſauit. j. Johan. iij. In hoc apparuit dei filius vt diſſoluat opera dya boli Quidã ignorabant vanitatẽ mundi vt cupidi ⁊ auari. iõ docuit vite labilitatẽ dicens. Ab inicio mundi hec vita in ſe cre dentes fefellit. ⁊ poſt ſe expectantes irriſit ⁊c̃. Job. xiiij. Hõ natus de muliere. breui viuens tpe ⁊c̃ Quidã ignorabant leuita tem pn̄tis ſupplicij. vt timidi ⁊ delicioſi. ideo docuit pene pn̄tis ⁊ futuri drãm. vn de ait Hec ꝑſecutio quã hic patimur ho die excandeſcit ⁊ cras euaneſcit. Doloꝛ aũt eternus renouat vt ſeuiat. augmenta tur vt exurat. inflãmatur vt puniat. Tan ta enim eſt differentia ad illã quanta ſtil la aque ad fluuium. ſibuli ad tonitruum. Job. xxvj. Cum vix vnam paruam ſtillã ſermonis eius audiuerimus. quis pote rit tonitruũ magnitudinis eius intueri Quidã ignorabant aſtuciam dyaboli vt neophiti ⁊ inexpti. ideo docuit dyaboli a ſtuciã ſuperandã dicens In martirij amo rem iam noſtros ſuſtinemus affectꝰ. Ibi enĩ dyabolus ſe vincere extimat qui dum cadit captus eſt. dum tenet tentus ẽ Job xl. An extrahere poteris leuiathan hamo Eſca ẽ exterioꝛ caro martirio afflicta Ha mus eſt interioꝛ patientia. Dyabolus cre dit ſe capere martirem per eſcam carnis exterius mortue ⁊ captus eſt ab hamo in terioris patientie ¶ Secundo fuit debili um corroboratoꝛ cum dicitur Manus la pſas roboraſti. Sunt enim quidam de biles ad bonum incipiendum. Prouer biorum. xix. Abſcondit piger manum ſu am ſub aſcella. De quorum numero erat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cromatius prefectus qui cum idola oīa
ſe cōfringere ꝓmiſiſſet. vnū tñ abſcondit
ſed ſanari non potuit. quouſqꝫ ꝯfractum
fuit. Similes ſunt qui penitentiā volen-
tes incħoare pctā ſua deſerūt. vnū tamen
retinere volūt. Quidam ſunt debiles ad
bonū inceptum ꝓſequendum. tales ſunt
ſicut ſtatue que pedes habent. ſed in am-
bulando non ꝓficiunt. de quoꝝ numero
erant multi chriſtiani qui fideꝫ defendere
incipiebāt ſed ꝓtinus deficiebant. Ideo
Sebaſtianus clamidem deferebat ⁊ eos
ꝯfortabat. Quidam eñ ſunt debiles ad
bonū ꝓſecutum ꝯſummādū. in quorum
ꝑſona dicit apl's. Ro. vij. Perfectū aūt
bonū non inuenio. de quoꝝ numero erāt
marcellianus ⁊ marcus qui fortiter ince
pant ꝯſtanter ꝓſecuti fuerāt ſed parentū
blandicijs emolliti nō ꝯſummabāt. Ad
quos ſebaſtianus clamans dixit. O for
tiſſimi milites chriſti nolite ꝑ miſera blan
dimenta coronaꝫ deponere ſempiternam.
Quidā vero erant debiles ad aduerſa ſu
ſtinendū. de quibꝫ dr̄. Luc. viij. Ad tp̄us
credunt ⁊ in tp̄e tēptatōnis recedūt. De
quoꝝ numero erant multi chriſtiani. qui
timore penaꝝ martyria fugiebāt. iſtos ad
amorē martirij incitabat dicēs. In amo
rem martirij noſtros ſuſtinemus affectus
Tercio fuit ꝯſolator afflictoꝝ cum dicit̄
Genua debilia roboraſti. Erant ei quidā
afflicti ꝓpter penam inflictam a tyrāno. d̄
quoꝝ numero erant marcellianus ⁊ mar-
cus iſtos Sebaſtianus ꝯſolatus ē ꝑ ſalu
brem exhortatōnem. Iſaye. l. Dn̄s dedit
mihi linguā eruditam vt ſciam ſuſtētare
eum qui lapſus eſt verbo. Quidam erāt
afflicti ꝓpter penam cōtractā a morbo. de
quoꝝ numero erat zoe vxor Nicoſtrati ⁊
tranquillinus ⁊ Cromatius. qui morbo
grauiſſimo laborabant ⁊ infirmabantur.
Iſtos ꝯſolatus ē beatus ſebaſtianus ſa
nando eos ꝑ efficacem orōnem. naꝫ ſicut
dr̄ Jac. v. Multū valet deprecatio iuſti
aſſidua. Quidā erant afflicti ꝓpter penaꝫ
immiſſam a deo. de quorū numero erant
romani ⁊ papienſes. Contra quos vt le
git̄ in hiſtorijs longobardoꝝ tanta peſtis
a deo fuit miſſa vt vix vnus alteꝝ ſuffice
ret ſepelire. Iſtos ꝯſolatus eſt ſanādo ꝑ
ſuaꝝ reliquiaꝝ deuotā venerationē. Mox
eñ ſicut ibidē legit̄ vt in papiam ſue reli
quie ſunt delate peſtilentia illa ceſſauit.
Quidā ei erant afflicti ꝑ penam immiſ-
ſam a diabolo. de quoꝝ numero erat que
dam mulier in tuſcia vt refert Grego. in
dialogo que dum ad dedicatōnem ecc'ie
ſancti Sebaſtiani ire deberet nocte illa a
ꝯcupiſcentia ſtimulata a viro ſuo noluit
abſtinere. que mox vt ſancti Sebaſtiani
oratoriū eſt ingreſſa a diabolo eſt vexata.
Iſtam ꝯſolatus eſt ſanādo ꝑ ſuā ⁊ ſancti
fortunati interceſſionē voluit ī ipſa tamē
prius vexari vt oñdat ꝙ diligat mūdiciā
voluit ⁊ ſacerdotē qui pallio altaris eam
operuit ſimiliter vexari. vt oſtēdat ꝙ odit
preſumptuoſaꝫ audaciā. voluit ad incan
tationē eam amplius vexari. ita ꝙ legio
demonū in eam intrauit vt oñdat ꝙ odit
ſuperſtitionem fallacem ⁊ vanam.

De ſancta Agnete virgine ⁊ martyre.

Sermo primus

Mulierem forteꝫ quis inueniet Prouer. vlti. In
uentū eſt hodie de ſcā agnete ꝙ ſalomon
aut ꝑ impoſſibilitatē aut ꝑ difficultatem
aut ꝑ āmiratōnem ſe nō poſſe inuenire di
cebat fortē mulierē. Scā quidē agnes
adeo fortis extitit ꝙ triplex certamē ma-
ximū ſuperauit. Primū nāqꝫ certamē hūit
ꝯtra ꝑfecti filiuꝫ qui volebat ſibi ſubripe
v̄ginitatē inducēdo ipam ad ſuū ꝯiugiū
Scd̄m hūit ꝯtra ipſum ꝑfectū qui vole-
bat polluere ſue fame honeſtatē trahēdo
ipſam ad ꝓſtibulū. Terciū ꝯ̄ ꝑfecti vica-
riū hūit qui volebat in ipſa corrūpe fidei
integritatē multiplex inferēdo ei certamē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf